45. 23

1173 vinculatus tenebatur in Prinda.[1] Qui Udalricus comperta regis infirmitate et substitutione Friderici ratus perinde optimam oportunitatem monuit imperatorem servicii sui supplicans, ut accepto iam tempore misereretur et exilii sui et vinculorum fratris sui. Cui cesar tale fertur dedisse responsum: Cum rex W(ladizlaus) compos sui gubernaculis rerum sufficeret, exaudire te noluimus propter antiquam eius amiciciam necnon et fidem nostram, modo vero ex quo infirmatus ultro cessit et filium suum ad iniuriam nostram nobis inconsultis substituit, salva in omnibus fide nostra inveniemus viam, qua et tibi satisfiat et nobis.[2]

Annus erat dominice incarnationis MCLXXIIII,[3] et imperator multa predicti U(dalrici) flexus instantia misit et indixit omnibus Boemis curiam in Nurberk necnon et regi W(ladizlao) si posset cum filio Friderico precipiens, ut et Zobezlaum dimitterent et sibi presentarent. Qua legatione perorata turbantur rex et F(ridericus), quod facto sit opus, suos fideles consulunt. Visum Iudic. 19,30

Randnotizen:
- folgt ein Buchstabe radiert P
- terre Walt.
- s. P, scilicet Walt. sed T. P.
- n. P
- t radiert, klein am Rand P
- [illegible] überschrieben P
- auf Rasur P
- in korr. aus a P
- filius Walt.

1) Vgl. Vinzenz zu 1161, unten S. 81

2) Hierzu und zum folgenden vgl. Raitz II, 202 ff und Bachmann I, 345 ff, ~~Cont. Claustroneob. III, SS IX, 630.~~

3) das folgende muss ins Jahr 1173 gehören und wird auch von den anderen Quellen dahin gesetzt: Ann. Pegav. SS XVI, 260; Cont. Claustroneob. SS IX, 630; Cont. Admunt. ebd. 584; Ann. S. Rudb. Salisb. ebd. 777.